



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

X. Confirmat Decretum electionis B. Rosæ in Regni Peruani Patronam á  
Clemente IX. emanatum, quod ad singulas Provincias, Regna, & Regiones  
Terræ firmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

eorum erga B. Rosam prædictam devotionis affectu ac ut spirituali Populorum Americæ, unde novus ille Flos Ecclesiam universam suavi Christi odore, recreans prodit, consolationi, atque ædificationi per amplius consulatur, indulatum prædictum opportunitè à nobis extendi, & ampliari plurimum desiderent: Nos laudabilia eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ erga res sacras studia plurimum in Domino commendantes, piisque eorum precibus favorabiliter annuere Paterna benignitate cipientes, ut de cetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tam Sæculari, quam Regulari, quarumcumque Provinciarum, & Regionum Americæ, & Indiarum d. Carolo Regi subiectarum, Officium, & Missa de eadem B. Rosa, servata tamen in omnibus, & per omnia predicatorum litterarum nostrarum forma, & dispositione, recitari, & celebrari respectivè liberè, & licetè possit & valeat dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, qua in eisdem literis nostris voluntus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut ipsis præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, qua eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Septemb. 1668. Ponificatus Nostri Anno secundo.

Extensio  
de qua in Ru  
brica.

§. 3. Cum autem sicut prædictus Marchio de Astorga d. Caroli Regis pariter apud nos, & Secundum Apostolicam Orator, memoratorium Caroli Regis, & Marianna Reginæ vidua nomine nobis nuper exponi fecit, prædicta Rosa de S. Maria jam omnium ubique populorum solemni plausu devotissimè honorata, utrumque tam veterem, quam novum Orbem sei odoris fragrantia in dies magis, magisque impleat, cupiantque propterea d. Carolus Rex, & Marianna Regina pro singulari eorum erga eandem B. Rosam devotione, indulsum à prædicto Prædecessore per literas praefertas concessum ad confoverandam, promovendamque fideliū pietatem opportunè à Nobis extendi, & ampliari. Nos enīxis, devotisque eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ precibus nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate auentes, ac memorati Clementis prædecessoris vestigiis inharentes, ut de cetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tam Sæculari, quam Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia ubi vis locorum dictis Carolo Regi, & charifissimo in Christo filio nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo Domini que Austriae subiecta, Officium, & Missa de memorata B. Rosa Virgine Limana Ord. S. Dominici quotannis die 12. Augusti sub ritu duplice, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romanii, recitari, & celebrari respectivè liberè pariter, & licetè valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, similiter, & indulgemus.

§. 4. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, qua dictus Clemens prædecessor in suis literis prædictis concessit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ceterum volumus pariter, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Derogatio  
contrario  
rum.

Transumpto  
rum fides.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Ponificatus Nostri Anno primo.

Concessio, ut in toto Orbe Terrarum celebrari possit  
Missa Beatae Rose ex voto, vel devotione.

C Rescente in dies mirabili Populorum devotione erga Beatam Rosam de S. Maria Virginem Limensem ex Tertio Ordine S. Dominicæ, ac virtutum illius fragrantia sepe latius quaqueversus diffundente, Sanctissimus D. N. Clemens Papa Decimus admissis Excellentissimi D. Oratoris Marchionis de Astorga instantiis ex nomine Catholicæ Majestatis sibi porrectis, Universo tam Sæculari, quam regulari Clero per totum Terrarum Orbem benignè indulgit pro futuris perpetuis temporibus, quod de prædicta B. Rosa possit ubique in Ecclesiis quorumcumque tam Regularium, tam Sæcularium celebrare Missam per anni circulum, five ex voto, five ex libera devotione juxta Rubricas, ac dispositionem Missalis Romanii, tametsi nondum prædicta B. Rosa solemnip Canonizationis ritu fuerit ab universalis Ecclesia inter Sanctas relata. Et ad hunc effectum specialiter dispensavit in Decretis tam fel. rec. Urbani Octavi, tam Sac. Congregationis Rituum, & quibuscumque aliis huic Indulto quomodo cumque obstantibus. Hac die 27. Augusti 1670.

M. Episc. Portuensis Cardinalis Ginettus.

Loco + signatu.

Bernardinus Cafalus S. Rit. Cong. Sec.

X.  
Confirmat Decretum electionis B. Rosæ in Regni Peruani Patronam à Clemente IX. emanatum, quod ad singulas Provincias, Regna, & Regiones Terræ firmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum extendit.

Rosam Beata titulo insignivit, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Conf. 18.

C L E M E N S P A P A X.

Ad perpetuam rei memoriam.

S Acrosanti Apostolatus cura, quam inscrutabilis divinæ sapientie, atque bonitatis altitudo humiliati nostre meritis licer & viribus longè impari, imponere dignata est, Nos urget ut piis orthodoxorum Regum votis ad augendam in terris Sacrarum Virginum cum cœlesti Sponso in beata æternitate regnantium venerationem tendentibus favoreabilem assensum paterno affectu præbeamus.

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Clemens PP. IX. prædecessor noster Beatanam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam tertii Ordinis S. Dominicæ in Patronam principaliorem Civitatis Regum, seu Limanæ, totiusque Regni Peruani cum omnibus prærogativis, qua Patronis Principalioribus debentur, auctoritate Apostolica elegit, & declaravit, & alias prout uberioris continetur in ipsis Clementis prædecessoris litteris desper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optimè meritorum studia quibus Christianorum Populorum erga Beatos Regni Cœlestis incolas, devotione, atque pietas fovetur, Apostolico favore libenter prosequimur, sicut spirituali eorumdem populorum consolacioni, atque præsidio conducibile in Domino arbitramur. Cum itaque Nos per nostras in simili forma Brevis die 12. Februarii proximi præteriti emanatas literas Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam Tertiæ Ordinis S. Dominicæ, multiplici virtutum decore florentem, inter Bea-

Edita An. D.  
1670.

Exordium.

Indulgen  
Clem. IX.

Cujus tenor  
hic referunt.

tas Apostolica auctoritate juxta hujus Sanctæ Sedis ritum retulerimus, aliaque ad eisdem Beatae Rosæ honorem, & venerationem statuerimus, & indulserimus, prout in eisdem litteris continetur; Et sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & Charissimæ in Christo filiæ nostræ Marianna Regina Viduæ ejus genitricis per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de Astorga eisdem Caroli Regis apud Nos, & Sedé praedicta Oratorem Nobis nuper expositū fuit, quod ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina, ut eidem Beata Rosa, quam celestis Sponsus tot charismatum decoravit monilibus, tot virtutum ornavit floribus, tantaque, & tam latè sparsa de unguentorum suorum odore imbut fragrantia, ut ex Dei servis, quos Occidentales Indie protulerunt, prima publici cultus honore per hanc Sanctam Sedem decorari meruerit, venerationis fiat accessio, & ex illius intercessione, tanto potentius partium illarum populi patrocinium sperent, quanto populi ipsi illum crebriori, interiorique devotione colere, atque honorare studuerint, ipsam Beatam Rosam in Patronam principaliorum Civitatis Limanae, seu Regum, totiusque Regni Peruani eligi, & declarari summoperè desiderent: Nos quamvis Constitutiones Apostolicae, & Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalem Sacris Ritibus praepositorum verent Beatorum hujusmodi nondum canonizatorum electiones in Patronos principaliores, ac requisita necessaria pro ejusmodi electione valida desint; nihilominus piis, enixisque eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ, magno in Ecclesiam Dei meritorum splendore fulgentium precibus Nobis super hoc humiliter porrectis pro praecipuo paterna nostræ in eos charitatis affectu duximus annuendum. Itaque memoratam Beatam Rosam de Sancta Maria in Patronam principaliorum Civitatis Regum, seu Limanae, & totius Regni Peruani praeditorum, cum omnibus prærogativis, quæ Patronis principalioribus debentur, auctoritate Apostolica tenore presentium eligimus, & declaramus; Ipsiusque Beata Rosa festum in universo Regno hujusmodi de Patrona principaliori ab omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus illic degentibus de pracepto servari, & sicut alia festa de pracepto celebrari, ejusque Officium ab universo Clero tum sæculari, tum regulari, de principaliori Patrona juxta rubricas Breviariorum Romanorum inibi recitari auctoritate, & tenore praedictis mandamus. Non obstante, quibusvis Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem ut earumdem presentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ eisdem presentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Et modo  
hic Pontifex  
confirmat,  
prout in rub.

§. 3. Cùm autem sicut praedictus Marchio de Astorga dicti Caroli Regis pariter apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ Viduæ nomine Nobis nuper exponi fecit, quod ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina favenda, & propaganda Fidelium erga eamdem Beatam Rosam devotioni laudabili pietate studentes, praefertas Clementis praedecessoris litteras ad universa Americae, & Indianorum, loca à Nobis extendi plurimum desiderent: Nos gloriose Beatae Rosæ praedictæ, quæ Ecclesiam universam bono Christi odore longè, lateque perfundit merita magno cum spirituali animi nostri gaudio, recolentes, piisque, & devotis dictorum Caroli Regis, & Marianna Regi-

næ supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter annuere cupientes, ac memorati Clementis praedecessoris vestigiis inherentes, eamdem Beatam Rosam de Sancta Maria in universam, & principaliorem Patronam omnium, & singularum Provinciarum, Regnorum, Insularum, & Regionum Terra firmat totius Americae, Philippinarum, & Indianum, cum eisdem prærogativis dicta auctoritate tenore presentium eligimus pariter, & declaramus; Ipsiusque Beatae Rosa festum ibidem tamquam de Patrona principaliori ab omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus illic degentibus de pracepto servari, & sicut alia festa de pracepto celebrari, ejusque Officium, & Missam ibidem ab universo Clero, tam sæculari, quam Regulari, de principaliori Patrona, juxta rubricas Breviariorum, & Missalis Romanorum recitari, & celebrari eadem auctoritate hanc serie similiter mandamus: firmis tamen simul remanentibus particularibus Patronatibus, si qui sint pro aliqua, vel aliquibus Civitatibus, aut locis praedictarum Regionum alias legitime constitutis. Non obstante omnibus, & singulis illis, quæ praedictus Clemens praedecessor in suis litteris praefertis concessit non obstat, ceterisque contrariae quibuscumque.

§. 4. Ceterum volumus pariter ut ipsarum presentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur eisdem presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Transum-  
ptorum fit-  
des.

D. P. A. N. i.  
die 11. Aug.

Confirmat Sententiam Ordinarii Giennen. latam super cultu ab immemorabili tempore exhibito S. Petro Paschacio de Valencia Martyri Ordinis Beatae MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, Episcopo Giennen, ac Decretum Sac. Rituum Congregationis illam approbans:

#### CLEMENS PAPA X.

Edita An. D.  
1670.

Ad futuram rei memoriam:

Proceditum.

E Ecclesiæ Catholicæ regimini meritis licet imparibus per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam præfidentes, illa qua à Catholicis Antistitibus in partem follicitudinis nostræ vocatis super cultu, & veneratione Beatorum Martyrum, qui bono certamine peracto victores coronam Justitiae ab Agonotheta Christo JESU Domino nostro in Cœlis accepérunt, recte atque ordine facta esse noscuntur Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter constabilius.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatae MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, quod alias à Venerabili Fratre Ferdinandino de Andrade, & Castro olim Archiepiscopo, tunc Episcopo Giennen, super cultu immemorabilis Beato Petro Paschacio de Valencia Martyri ex Ordine praedicto Episcopo Giennen, exhibito, & casu excepto à decretis felicis Urbani Papæ Octavi praedecessoris nostri in Congregatione Sanctissima Inquisitionis, adversus haereticam pravitatem auctoritate Apostolica instituta super non cultu editis, emanavit Sententia definitiva tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. CHRISTI Nomine invocato, pro Tribunalis sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam Sententiam,

Expositio.

Tenor sen-  
tentiae.

quam